

ἄσκληπιάδεια μέτρα / asclepiadea (-eia, -ia, -ica) metra

1. ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 50. 33 sqq. metrorum genera alia a dis appellata, ut dithyrambicon, priapicon; alia ab inventoribus, ut archilochium, sotadium; alia ab his qui crebrius usurparunt, ut sapphicum, asclepiadicum.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 169. 5 sqq. libro tertio (*scil.* Horatii carminum) metra omnia fere aut alcaica aut sapphica aut asclepiadea aut certe ea sunt, de quibus supra disseruimus, praeter id quod in duodecima ode invenimus, quod est ionicum ἀπὸ ἐλάσσονος.

ΔΙΟΜ. GL I 501. 6 sqq. item diversis versibus et metris a tertio versu vel quarto strophen revocat (*scil.* qualitas metri), ut in Horatio alcaica illa tria vel asclepiadium et glyconium et pherecratium coniunctum videmus.

ΔΙΟΜ. GL I 501. 25 sqq. alia (*scil.* forma principalium metrorum nominatur) ab iis qui frequentes in illis fuerunt, ut sunt aristophania, archebulia, phalaecia, asclepiadia, glyconia, quae quidem infinitum possunt variari beneficio rhythmorum, quorum velut fuit compositio.

ΔΙΟΜ. GL I 508. 5 sq. asclepiadeum (*scil.* metrum) ab auctore dictum.

ΑΤΙΛ. ΦΟΡΤΥΝ. GL VI 283. 4 sqq. metra principalia, quae a Graecis prototypa et archigona dicuntur ..., et sumunt ... nomina ... ab inventoribus, ut phalaecia vel sotadica, vel ab his qui ea maxime frequentarunt, ut aristophania et asclepiadia.

ΑΥΓ. *de mus.* II 7. 14 hanc ergo rationem investigemus et assequamur, si placet: nam si auctoritatem solam intueamur, is erit versus, quem versum dici voluit Asclepiades nescio qui, aut Archilochus, poetae scilicet veteres, aut Sappho poetria et caeteri quorum etiam nominibus versuum genera vocantur, quae primi animadvertentes cecinerunt. nam et asclepiadaeus versus dicitur et archilochius et sapphicus, et alia sexcenta auctorum vocabula Graeci versibus diversi generis indiderunt.

ΠΡΙΣΚ. GL III 461. 12 sqq. nam in illis metris, in quibus singula loca fixos habent pedes, id est singulos, unius sunt figurae, ut in asclepiadeo ac sapphico hendecasyllabo et similibus.

ΙΣΙΔ. *etym.* I 39. 5 sqq. metra vel a pedibus nuncupata, vel a rebus quae scribuntur, vel ab inventoribus, vel a frequentatoribus ... a frequentatoribus, ut asclepiadia. non enim ea Asclepius invenit, sed proinde ita vocata quod ea idem elegantissime [et frequentissime] usus sit.

ΙΥΛ. ΤΟΛ. 229. 167 sq. asclepiadeum metrum quis invenit? Asclepiades quidem asclepiadea scripsit.

ΚΡΥΙΝΔ. 26. 10 sq. a frequentatoribus (*scil.* metra vocantur), ut asclepiadea, quia Asclepius his frequentissime usus sit.

ΑΝΟΝ. GL VI 181. 30 sqq. libro autem tertio (*scil.* Horatii carminum) metra ferme omnia aut alcaica aut sapphica aut asclepiadea invenies, nisi quod ode XII ionico ἀπὸ ἐλάσσονος composita est.



× × – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ – ||

2. ΗΕΡΗΑΕΣΤ. 33. 5 sqq. τὸ δὲ ἀκατάληκτον τὸ μόνην τὴν τελευταίαν ἔχον
ιαμβικὴν καλεῖται Ἀσκληπιάδειον, οἶον τὸ Ἄλκαιου' (fr. 350. 1 sq. Voigt)

ἦλθες ἐκ περάτων γᾶς, ἔλεφαντίαν
λαβάν τῷ ξίφεος χρυσοδέταν ἔχων.

ΑΝΟΝ. ΟΧ. 407. 21 sqq. τὸ δωδε[κασύλλαβον] ... τρίμετρο ... α στυγέω ...
[περὶ τ]οῦ ἀσκληπιαδ[είου λέγω]μεν, τὸν δὲ [κανόνα τοιοῦτο]ν ἤδη τοῦτο[υ
κα]ταγράφωμεν'

[–] – – ∪ || ∪ – – ∪ || ∪ [– ∪ –] ||

[τ..ἀσ]κληπ[ια]δε[ιο].....

ΤΡΙΧΗ. 390. 2 sqq. τὸ ἀκατάληκτον δὲ τρίμετρον, ὅταν τὴν τελευταίαν μόνην
ἔχη ιαμβικὴν, τὰς πρὸ αὐτῆς δὲ δύο ἀντισπαστικές, ἀσκληπιάδειον λέγεται
οἶον'

ἀφεγγέσει φαεῖνοισα, κέλευθον αὔ.

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 10 (p. 9. 1 sq. Tessier) τὸ α' ἀσκληπιάδειον ἀντι-
σπαστικὸν ἀκατάληκτον, τοῦ α' ἀντισπάστου ἀπὸ διβραχέος ἀρξαμένου.

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 10 (p. 342. 7 sqq. Abel) τὸ α' ἀντισπαστικὸν τρίμε-
τρον ἀκατάληκτον, ὃ καλεῖται ἀσκληπιάδειον ὡς εὐρόντος ἢ καταχρησαμένου
αὐτῷ. σύγκειται δὲ ἐκ β' ἀντισπαστῶν καὶ β' ἰάμβων, ἀλλ' ὁ α' ἀντισπαστος
οὐκ ἔστι καθαρὸς· τρέπεται γὰρ εἰς τὰ εἰρημένα τοῦ δισυλλάβου σχήματα, καὶ
ἐνταῦθα παίων γ'.

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 14 (p. 13. 15 Tessier) τὸ ι' ἀσκληπιάδειον.

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 14 (p. 422. 10 sqq. Abel) τὸ ι' ἀντισπαστικὸν τρί-
μετρον ἀκατάληκτον ἀσκληπιάδειον, ἐκ τροχαικῆς καὶ ἀντισπαστικῆς καὶ ιαμ-
βικῆς συζυγίας.

SCHOL. A in Hephraest. 143. 20 sqq. ἀντισπαστικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον,
ὃ καλεῖται ἀσκληπιάδειον· ἔστι δὲ ποδῶν ἀπλῶν ἑξ, τὴν τελευταίαν μόνην ἔχον
ιαμβικὴν, τὴν ἑλεφαντίαν. πρὸς τὸ ἄνω δὲ τὸ «τὸ μὲν καταληκτικόν, τὸ δὲ
ἀκατάληκτον» ἐπήγαγε (*scil.* ὁ Ἡφαιστίων, p. 33. 5 sqq.) τὸ ἀσκληπιάδειον, ἐκ
δύο τροχαιῶν καὶ ἀντισπάστου καὶ δύο ἰάμβων τελείων· ἀκατάληκτον γὰρ ἔστι·
καὶ τὸ ἑξῆς πάλιν τρίμετρον ἀκατάληκτον ἐκ δύο ἀντισπαστῶν καὶ δύο ἰάμβων.

[ACRON] in Hor. *carm.* I 3 (p. 5. 30 sqq. Keller) *tertia ὡδὴ dicolos est distro-*
phos, hoc est duplici genere metri scripta, a secundo facta replicatione. nam
prior versus, cui gliconium nomen datur, constat spondeo, choriambo et pyrrichio
sive iambo. secundus vero versus asclepiadeus est, cuius iam in prima ὡδὴ
reddidimus rationem (p. 4. 8 sqq.). ususque est hac metri compositione XII
tantum cantibus, ut subiecta monstrabunt.

[ACRON] in Hor. *carm.* I 5 (p. 6. 24 sqq. Keller) *quinta ὡδὴ tricolos est tetra-*
strophos, id est tribus generibus metri scripta a quarto facta replicatione. nam
primi duo versus asclepiadei sunt, tertius pheregratius, qui constat spondeo,
daclilo et spondeo, quartus gliconius. utiturque hac metri compositione tan-
tum VII cantibus, quorum primordia subnotavi.

SACERD. GL VI 501. 17 sqq. brachycatalecta species est quae in metris scan-



dendis per syzygian, id est per binos pedes disyllabos, venit, cum in novissimo pede composito debenti esse tetrasyllabo unus pes de simplicibus deest, id est duae syllabae, ut: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite re.

hic enim unus pes simplex deest, id est duae syllabae, ut sit plenum metrum asclepiadeum, quod spondeo et choriambis <duobus et iambo> constat.

SACERD. GL VI 536. 23 sqq. de choriambico asclepiadeo. choriambicum asclepiadeum fit, cum primus pes spondeus sit, ceteri choriambi, novissimus pes disyllabus. omnia enim asclepiadea choriambica brachycatalecta sunt. tetrametrum asclepiadeum brachycatalectum duodecasyllabum, ut: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

fit etiam pentametrum brachycatalectum asclepiadeum choriambicum, ut: (Hor. *carm.* I 11. 1)

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.

SACERD. GL VI 537. 4 sqq. de choriambico phalaecio. choriambicum phalaecium fit spondeo, dactylo, syllaba, duobus dactylis. ex heroico enim venit vel elegiaco sine ultima syllaba secundae cesurae penthemimericae, ut:

Maecenas atavis edite regibus,

tetrametrum acatalectum. fit etiam pentametrum acatalectum phalaecium spondeo, dactylo, syllaba, dactylo, syllaba, duobus dactylis:

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.

ergo hoc notemus, quod choriambicum a spondeo incipiens, si ceteris choriambis scandatur, asclepiadeum metrum vocatur; sin vero dactylo, syllaba et dactylis, phalaecium nuncupatur.

SACERD. GL VI 537. 20 sqq. de dimetro antispastico acatalecto glyconio. antispasticum acatalectum dimetrum glyconium fit spondeo <et> duobus trisyllabis [dactylo et amphimacro (*del. Keil, sed vd. Morelli 2000, p. 95*)], ut: (mel. adesp. 111 [PMG 1029]. 1 Page)

κάπρος ἤνιχ' ὁ μαινόλης,

(Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri,

hoc differt a glyconio dactylico, quod illud ... spondeo constat et duobus dactylis, hoc vero spondeo et <duobus> trisyllabis quibuslibet. potest tamen et spondeo et choriambo percussum facere metrum asclepiadeum, sicut ante docui:

sic te diva potens <diva potens *addidi coll. Anon. GL VI 306. 3 sqq.*> Cypri.

APTHON. GL VI 108. 27 sqq. verum huius generis (*scil.* metrum) ... quod ex penthemimere geminato conficitur, species sunt tres: prima, cum praecedit spondeus, sequitur dactylus, item spondeus ultimis anapaestis duobus versus claudentibus; et haec, ut superius, geminata efferrī non possunt, ut: (Verg. *Aen.* III 1 et buc. 8. 61)

postquam res Asiae desine Maenaliis.

huic si novissimam longam detrahas, ut iam non anapaestus, sed iambus vel



alius bisyllabus ponatur, metrum asclepiadeum efficiet, quod duodecim syllabis subsistit, ut:

postquam res Asiae desine Maenali,

item:

quam saevis trepident carbasa flatibus;

quod constat ex spondeo, duobus choriambis, ultimo iambo, quod etiam prima adempta syllaba anacreontion dabit sic:

saevis trepidant carbasa flatibus,

seu metrum ionicum claudente dactylo.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 147. 3 sqq. item: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus

apud eundem lyricum (*scil.* Horatium): hoc asclepiadeum metrum appellatur, quod constat ex disyllabis primo et extimo pedibus, mediis duobus choriambis. hoc quoque par et commune esse pentametro, ei dumtaxat, cui paenultimus anapaestus est, nemo dubitabit.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 161. 1 sqq. prima ergo ode (*scil.* Horatii carminum), ut quidam putant, a pentametro nascitur per detractorem syllabae brevis, quae erat ante paenultimam, subsistens metro asclepiadeo duodecasyllabo, ut: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

alii formatum id metrum putant ab hendecasyllabo per adiectionem unius syllabae, qua dempta fiet hendecasyllabus, ut:

Maecenas atavis edite regi.

feritur hoc metrum vel per singulos pedes, ut sit primus spondeus, secundus trochaeus, tertius iambus, quartus dactylus, <quintus dactylus> vel creticus, si in longam desinat; vel per dipodias, ut constet duobus choriambis mediis inchoante versum spondeo, claudente autem iambo vel pyrrichio vel pariambo. composita est haec ode sine epodo. sane, ut breviter quotiens hoc, id est asclepiadeo metro, Horatius usus sit scias, usus est primo libro duodecies, secundo libro semel, tertio undecies, quarto sexies. quorum exempla inducere operi tardum et apud eruditos supervacuum accepta semel asmatum structione videtur.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 167. 22 sqq. undecima ode lyricorum asmatum: (Hor. *carm.* I 11. 1)

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

hoc metrum quidam inter prototypa, id est primiformia, volunt accipi et appellant antispasticon hecdecasyllabon sapphicon, quidam a choriambico derivatum adserunt. nam ferunt omne asclepiadeum accepta choriambica syzygia, id est ut tres choriambos copulatos habeat, sicut hic, facere antispasticum, quod ita percutiatur, ut habeat primo loco epitritum, quem et hippium dicimus, quartum, dehinc duos antispastos, ultimum diiambum versum cludentem, qui non numquam dibrachy in fine posito in paeona secundum convertetur. contra si detrahas inter duos <choriambos unum, fiet> asclepiadeum sic:

tu ne quaesieris quem mihi quem tibi.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 172. 1 sqq. omnia autem apud Horatium tam carminum

quam epodon metra erunt numero XXI sic, asclepiadea spondeo, ut: (Hor. *carm.* I 1. 1) ‘Maece’, duobus choriambis ‘nas atavis edite re’, pyrrichio ‘gibus’.

DIOM. GL I 508. 5 sqq. de asclepiadeo (*scil.* metro). asclepiadeum ab auctore dictum, cuius exemplum est: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

hic potest, unde ortus est, ad pentametrum elegiacum redigi addita una syllaba sic:

Maecenas atavis edite remigibus.

quod tale est quale illud supra:

candida caeruleo nata Venus pelago.

potest asclepiadeus ab hexametro nasci detracto in mediis partibus disyllabo verbo et <in> ultimis, ut si dicas: (Verg. *Aen.* I 51)

nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris,

<nimborum in patriam feta furentibus>;

aut illud: (Verg. *Aen.* II 558)

avolsumque humeris caput et <sine> nomine corpus,

<avolsumque humeris et sine nomine>.

rursus illi asclepiadeo adde disyllabum verbum in medio et in imo, facies hexametrum sic:

Maecenas atavis ades edite regibus olim.

DIOM. GL I 509. 32 sqq. alcaicum ab Alcaeo inventum in Horatio tale est: (Hor. *carm.* I 9. 1)

vides ut alta stet nive candidum.

hoc ex duobus commatibus constat. nam ... inferius illud ‘stet nive candidum’ tale est quale illud in asclepiadeo (Hor. *carm.* I 1. 1) ‘edite regibus’.

DIOM. GL I 510. 11 sqq. alcaicum (archilochium *codd.*, *corr. Morelli 1992, p. 140*) aliud in Horatio tale est: (*carm.* I 18. 1)

nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

huic tolle duo verba disyllaba iuxta principium, facies asclepiadeum sic:

nullam vite prius severis arborem.

hoc enim tale est quale illud: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

DIOM. GL I 518. 32 sqq. prima ode metrum asclepiadeum habet. scanditur vero sic et dicitur penthemimeres, spondius, dactylus, semipes, dactylus, dactylus: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

alii sic scandunt, spondius, choriambus, <choriambus>, pyrrichius:

Maece,nas atavis, edite re,gibus.

DIOM. GL I 526. 28 sqq. vicesima quinta ode asclepiadeum metrum habet, quod singulis versibus scanditur, qui penthemimeres appellantur: (Hor. *carm.* III 30. 1)

exe,gi monu,men,tum aere per,ennius;

DIOM. GL I 527. 14 sqq. octava ode asclepiadeum metrum habet et per singulos versus penthemimeres scanditur: (Hor. *carm.* IV 8. 1)



dona,rem pate,ras, grataque, commodus.

ATIL. FORTVN. GL VI 295. 18 sqq. I: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

asclepiadeon metron vocatur, non quod repertor eius Asclepiades fuerit, sed quod eo familiarius et frequentius sit usus. ante illum enim usus Alcaeus, et Sappho hoc integro usa est in libro quinto. inter binos <vel ternos vel quater-nos> versus decurrunt melica: systematica sunt, hoc est binis vel tribus vel quattuor versibus constant. hoc metrum videtur a pentametro epodico natum. nam habet duo penthemimere, primum acatalectum, secundum catalecticum:

Maecenas atavis edite regibus;

huic si reddas in ultimo syllabam, integer erit pentameter, ut:

Maecenas atavis edite regibus o.

ab eo tamen pentametro nascitur, qui XIII syllabas habet, hoc est cuius prima pars de spondeo et dactylo constat. ceterum asclepiadeon duodecasyllabon esse oportet. potest et antispasticon esse trimetron acatalecton, cuius paenultimam affectavit pro longa brevem facere, cuius ingressio est talis:

Maecenas a,tavis edi,te regibus;

tetrametron fecit eius generis: (Hor. *carm.* I 11. 1)

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

quidam volunt adiectis duobus <pedibus>, spondeo ad caput, pyrrichio ad finem, in medio dimetron choriambicon clausum, ut ingressio <sit> talis:

Maece,nas atavis edite re,gibus.

nam si solas duas syzygias pronunties, choriambicum sonant. eius generis trimetron fecit sic:

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

denique si tertium choriambum tollas, remanet asclepiadeus, ut:

tu ne quaesieris scire nefas tibi.

alii de hexametro volunt natum. nam si tertio loco adicis 'pater', quinto 'regibus', hexametrum facies sic:

Maecenas atavis pater edite regibus altis.

ATIL. FORTVN. GL VI 301. 12 sqq. VIII: (Hor. *carm.* I 9. 1 sqq.)

vides ut alta stet nive candidum

Soracte, nec iam sustineant onus

silvae laborantes, geluque

flumina constiterint acuto.

iocunda confusio horum metrorum aut permixtione facta aut detractioe ... secunda (*scil.* tome) clausulam asclepiadei, id est duos dactylos (nam sic est 'stet nive candidum', ut est 'edite regibus'), et dividuntur sic:

vides ut alta, stet nive candidum

Soracte nec iam, sustineant onus.

alii hendecasyllabos appellant factos ex iambico trimetro detractioe unius syllabae, quam si restitues, facies trimetron acatalecton:

vides ut alta stet nive candidum<que>

et:



Soracte nec iam sustineant onusti.

SERV. GL IV 465. 13 sqq. de asclepiadio. asclepiadium constat spondio, duobus choriambis, pyrrichio, ut est hoc:

vitae pars melior quam cito labitur.

SERV. GL IV 468. 16 sqq. prima igitur ode monocolos est. nam versus, qui asclepiadeus dicitur, constat spondio, duobus choriambis et pyrrichio; usque est (*scil.* Horatius) hac metri compositione cantibus tribus, quorum primordia subnotavi: (*carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus,

(*carm.* III 30. 1)

exegi monumentum aere perennius,

(*carm.* IV 8. 1)

donarem pateras grataque commodus.

MALL. THEOD. GL VI 590. 10 sqq. metrum dactylicum asclepiadium habet primum spondium, secundo <loco> dactylum et catalecton, deinceps duos dactylos. huius exemplum:

laudamus vario musica carmine.

hoc metrum a superiore (*scil.* dactylico pentametro) eo distat, quod in illo est facultas primum et secundum pedem dactylum sive spondium conlocandi, in asclepiadio autem certa lex haec est, ut primo loco spondius, secundo dactylus, deinde catalecton, post duo dactyli conlocentur.

AVG. *de mus.* V 6. 12 sed vide quid tibi de hoc respondendum putes, quem asclepiadeum vocant: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

nam pars orationis in sexta syllaba terminatur, neque incostanter, sed in omnibus fere huius generis versibus. itaque eius primum est membrum: 'Maecenas atavis'; secundum 'edite regibus', quod quam ratione fiat dubitari potest. si enim metiaris in hoc pedes quaternorum temporum, erunt quinque in priore, in posteriore autem membro quattuor semipedes: lex autem vetat membrum posterius pari numero constare semipedum, ne pleno pede versus terminetur. restat ut pedes consideremus seniorum temporum, ex quo fit ut membrum utrumque ternis semipedibus constet. nam ut integro pede praecedens membrum finiatur, a duabus longis incipiendum est; deinde totus choriambus versus dividit, ut sequente etiam alio choriambo membrum posterius inchoetur, claudente versus semipede in duabus brevibus syllabis: tot enim tempora cum spondeo in capite locato implent sex temporum pedem.

PRISC. GL III 459. 10 sqq. et sunt in quibusdam speciebus diversae species versuum, ut choriambicum asclepiadeum ex spondeo et duobus choriambis et pyrrichio.

SIDON. *epist.* IX 13. 2 praeter hoc poscis, ut horatiana incude formatos asclepiadeos tibi quospiam, quibus inter bibendum pronuntiandis exerceare, transmittam. pareo iniunctis, licet, si umquam, modo maxime prosario loquendi genere districtus occupatusque. denique probabis circa nos plurima



ex parte metrorum studia refrigescere; non enim promptum est unum eundemque probe facere aliquod et raro.

iam dudum teretes hendecasyllabos
attrito calamis pollice lusimus,
quos cantare magis pro choriambicis
excusso poteras mobilius pede;
sed tu per Calabri tramitis aggerem
vis ut nostra dehinc cursitet orbita,
qua Flaccus lyricos pindaricum ad melos
frenis flexit equos plectripotentibus,
dum metro quatitur chorda glyconio,
nec non alcaico vel pherecratio
iuncto lesbiaco sive anapaestico,
vernans per varii carminis eglogas
verborum violis multicoloribus.

IVL. TOL. 228. 146 sqq. quale metrum sequitur? dactylicum asclepiadeum minus. quales pedes recipit? spondeum, dactylum, catalecton et post duos dactylos. ergo ipsum est asclepiadeum minus quod elegiacum pentametrum? non, quia illud in capite aut spondeum et dactylum, aut dactylum et spondeum, aut duos dactylos aut duos spondeos recipit, post catalecton cum duobus dactylis in fine. istud autem fixam regulam habet, ut semper primo loco spondeum recipiat, inde dactylum cum catalecto, post duos dactylos; da eius exemplum:

laudamus varia musica carmine.

scanditur alio modo per spondeum et duos choriambos ita ut pyrrichium habeat in fine. da eius exemplum: (*Rep. hymn.* 18607 Chevalier)

sanctorum meritis inclita gaudia.

ANON. GL VI 174. 1 sqq. inter initia huius operis, id est in prima ode, excusaveram brevitatis studio, cuius amicus sum, singulorum asmatum exempla proponere. verum ne quid scrupuloso lectori ad querellam linquerem, placuit omnia quae apud Horatium metra tam in carminibus quam epodis continentur sub exemplis singulorum asmatum ac propria specierum designatione comprehendere. erunt ergo asclepiadea in primo libro carminum metra haec, ode prima: (*carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus,

ode III: (*carm.* I 3. 2)

sic fratres Helenae lucida sidera,

ode V: (*carm.* I 5. 1)

quis multa gracilis te puer in rosa,

ode VI: (*carm.* I 6. 1)

scriberis Vario fortis et hostium,

ode XIII: (*carm.* I 13. 2)

<cervicem roseam cerea Telephi,

ode XIII>: (*carm.* I 14. 1)

o navis referent in mare te novi,



- ode XV: (*carm.* I 15. 1)
pastor cum traheret per freta <navibus>,
ode XVIII: (*carm.* I 19. 2)
Thebanaeque iubet me Semelae p.,
ode XXI: (*carm.* I 21. 1)
Dianam tenerae dicite virgines,
ode XXIII: (*carm.* I 23. 1)
vitat inuleo me similis Chloe,
ode XXVIII: (*carm.* I 24. 1)
quis desiderio sit pudor aut modus,
ode XXXIII: (*carm.* I 33. 1)
Albi ne doleas plus nimio memor,
ode XXXV: (*carm.* I 36. 2)
placare et vituli sanguine debito.
in secundo libro haec, ode XII: (*carm.* II 12. 1)
nolis longa ferae bella Numantiae.
in libro III haec, ode VII: (*carm.* III 7. 1)
quid fles Asterie quem tibi candidi,
ode VIII: (*carm.* III 9. 2)
nec quisquam potior brachia candidae,
ode X: (*carm.* III 10. 1)
extremum Tanain si biberet Lyce,
ode XIII: (*carm.* III 13. 1)
o fons Bandusiae candidior vitro,
ode XV: (*carm.* III 15. 2)
tandem nequitiae † sine modum tuae,
ode XVI: (*carm.* III 16. 1)
inclusam Danaen turris aenea,
ode XVIII: (*carm.* III 19. 2)
Codrus pro patria non timidus mori,
ode XXIII: (*carm.* III 24. 2)
thesauris Arabum et divitis Indiae,
ode XXV: (*carm.* III 25. 2)
plenum quae nemora et quos agor in s.,
ode XXVIII: (*carm.* III 28. 2)
Neptuni faciam prode reconditum,
ode XXX: (*carm.* III 30. 1)
exegi monumentum aere perennius,
in libro quarto haec, ode I: (*carm.* IV 1. 2)
rursus bella moves parce precor precor,
ode III: (*carm.* IV 3. 2)
nascentem placido lumine videris,
ode V: (*carm.* IV 5. 1)
divis orte bonis optume Romule,
ode VIII: (*carm.* IV 8. 1)



donarem pateras grataque commodus,
ode XII: (*carm.* IV 12. 1)
iam veris comites quae mare temperant,

ode XIII: (*carm.* IV 13. 1)
audivere Lyce di mea vota di.

ANON. GL VI 305. 3 sqq. (*Hor. carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

asclepiadeon duodecasyllabon, cuius divisio varia. quidam sic: ‘Maecē’ spondeus, ‘nas atavis’ choriambus, ‘édite re’ idem, ‘gibus’ pyrrichius vel iambus propter indifferentiam syllabae.

ANON. GL VI 306. 3 sqq. (*Hor. carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri.

glyconion octosyllabon et genere asclepiadeon est. huic enim si addideris dipodian choriambicam, facies asclepiadeon sic:

sic te diva potens <diva potens> Cypri.

dividitur autem spondeo, choriambo, pyrrichio vel iambo propter syllabae indifferentiam:

sic te diva potens Cypri.

FRAGM. BOB. GL VI 629. 11 sqq. metrum asclepiadeum [dodecasyllabum] his pedibus constat, spondeo, duobus choriambis et pyrrichio sive iambo, quia ultima indifferenter accipitur.

ANECD. HELV. GL VIII, XLIV 6 sqq. asclepiadeum pentametrum habet primum spondium, secundo dactylum cum catalecto ac deinde duos dactylos sine catalecto hoc exemplo: (*Prud. cath.* V 1)

inventor rutuli dux bone luminis.

x x – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – – ||

3. SACERD. GL VI 536. 23 sqq. de choriambico asclepiadeo. choriambicum asclepiadeum fit, cum primus pes spondeus sit, ceteri choriambi, novissimus pes disyllabus. omnia enim asclepiadea choriambica brachycatalecta sunt. tetrametrum asclepiadeum brachycatalectum duodecasyllabum, ut: (*Hor. carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

fit etiam pentametrum brachycatalectum asclepiadeum choriambicum, ut: (*Hor. carm.* I 11. 1)

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.

SACERD. GL VI 537. 4 sqq. de choriambico phalaecio. choriambicum phalaecium fit spondeo, dactylo, syllaba, duobus dactylis. ex heroico enim venit vel elegiaco sine ultima syllaba secundae cesurae penthemimericae, ut: (*Hor. carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus,

tetrametrum acatalectum. fit etiam pentametrum acatalectum phalaecium spondeo, dactylo, syllaba, dactylo, syllaba, duobus dactylis: (*Hor. carm.* I 11. 1)

tu ne quaesieris scire nefas quem mihi quem tibi.



ergo hoc notemus, quod choriambicum a spondeo incipiens, si ceteris choriambis scandatur, asclepiadeum metrum vocatur; sin vero dactylo, syllaba et dactylis, phalaecium nuncupatur.

SACERD. GL VI 538. 28 sqq. de tetrametro (*scil.* antispastico) acatalecto mixto. antispasticum tetrametrum acatalectum mixtum fit antispasto, choriambo, hippio quarto, hippio tertio:

sacerdos docens bene vos formavit ad artes bonas.

quidam imperiti de hoc metro exemplum dederunt illud horatianum: (*carm.* I 18. 1)
nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

quod aut asclepiadeum est, sicut ante monstravi, constans spondeo, <tribus> choriambis, <disyllabo:>

nullam, Vare sacra, vite prius, severis arborem,

aut phalaecium constans spondeo, dactylo, syllaba, dactylo, syllaba, duobus dactylis:

nullam, Vare sac,ra, vite pri,us, severis, arborem.

APTHON. GL VI 167. 22 sqq. undecima ode lyricorum asmatum: (Hor. *carm.* I 11. 1)

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

hoc metrum quidam inter prototypa, id est primiformia, volunt accipi et appellant antispasticon heccedecasyllabon sapphicon, quidam a choriambico derivatum adserunt. nam ferunt omne asclepiadeum accepta choriambica syzygia, id est ut tres choriambos copulatos habeat, sicut hic, facere antispasticum, quod ita percutiatur, ut habeat primo loco epitritum, quem et hippium dicimus, quartum, dehinc duos antispastos, ultimum diiambum versum claudentem, qui non numquam dibrachy in fine posito in paeona secundum convertetur. contra si detrahas inter duos <choriambos unum, fiet> asclepiadeum sic:

tu ne quaesieris quem mihi quem tibi.

item: (Hor. *carm.* I 18. 1)

nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem;

quarto etiam libro semel ita: (Hor. *carm.* IV 10. 1)

o crudelis adhuc et Veneris muneribus potens.

DIOM. GL I 510. 11 sqq. alcaicum (archilochium *codd.*, *corr. Morelli 1992*, p. 140) aliud in Horatio tale est: (*carm.* I 18. 1)

nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

huic tolle duo verba disyllaba iuxta principium, facies asclepiadeum sic:

nullam vite prius severis arborem.

hoc enim tale est quale illud: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

ergo apparet quid Alcaeus (Archilochus *codd.*, *corr. Morelli l. l.*) interposuerit.

DIOM. GL I 527. 19 sqq. decima ode asclepiadeum metrum habet et per singulos versus scanditur: (Hor. *carm.* IV 10. 1)

o cru,delis adhuc, et Veneris, muneribus, potens.

ATIL. FORTVN. GL VI 295. 18 sqq. I: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.



asclepiadeon metron vocatur, non quod repertor eius Asclepiades fuerit, sed quod eo familiarius et frequentius sit usus. ante illum enim usus Alcaeus, et Sappho hoc integro usa est libro quinto. inter binos <vel ternos vel quaternos> versus decurrunt melica: systematica sunt, hoc est binis vel tribus vel quattuor versibus constant. hoc metrum videtur a pentametro epodico natum. nam habet duo penthemimere, primum acatalecticum, secundum catalecticum:

Maecenas atavis edite regibus;

huic si reddas in ultimo syllabam, integer erit pentameter, ut:

Maecenas atavis edite regibus o.

ab eo tamen pentametro nascitur, qui XIII syllabas habet, hoc est cuius prima pars de spondeo et dactylo constat. ceterum asclepiadeon duodecasyllabon esse oportet. potest et antispasticon esse trimetron acatalecton, cuius paenultima affectavit pro longa brevem facere, cuius ingressio est talis:

Maecenas a,tavis edi,te regibus;

tetrametron fecit eius generis: (Hor. *carm.* I 11. 1)

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

quidam volunt adiectis duobus <pedibus>, spondeo ad caput, pyrrichio ad finem, in medio dimetron choriambicon clausum, ut ingressio <sit> talis:

Maece,nas atavis edite re,gibus.

nam si solas duas syzygias pronunties, choriambicum sonant. eius generis trimetron fecit sic:

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

denique si tertium choriambum tollas, remanet asclepiadeus, ut:

tu ne quaesieris scire nefas tibi.

alii de hexametro volunt natum. nam si tertio loco adicis 'pater', quinto 'regibus', hexametrum facies sic:

Maecenas atavis pater edite regibus altis.

IVL. TOL. 229. 164 sqq. quale metrum sequitur? aliud dactylicum asclepiadeum maius. quales pedes recipit? spondeum, tres choriambos, ita ut pyrrichium habeat in fine. da eius exemplum: (Prud. *cath. praef.* 3)

annum cardo rotat, dum fruimur sole volubili.

x x - - - - - - - - - - ||

x x - - - - - - - - - - ||

x x - - - - - - - - - - ||

x x - - - - - - - - |||

4. APTHON. GL VI 165. 7 sqq. sexta ode cum epodo est: conficitur asclepiadeis tribus, quarto glyconio ... ut: (Hor. *carm.* I 6. 1 sqq.)

scriberis Vario fortis et hostium
victor, Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit.

DIOM. GL I 520. 7 sqq. sexta ode tetracolos horatianum <metrum> habet. constat autem ex tribus versibus asclepiadeis ... sic: (Hor. *carm.* I 6. 1)



- scribe,ris Vari,o, fortis et, hostium,
et quarto glyconio. constat autem ex spondeo et choriambo et iambo sic:
miles, te duce ges,serit.
- alii vero κατὰ τριποδιαν δακτυλικήν scandunt sic: spondeus, dactylus, dactylus:
miles, te duce, gesserit.
- DIOM. GL I 522. 22 sqq. vicesima tertia ode idem metrum (*scil.* asclepiadeum) habet et per quaternos versus scanditur, sed tres penthemimeres, unum qui tripodia dactylice dicitur, quae glyconio metro constat: (Hor. *carm.* I 24. 1)
quis de,sideri,o, sit pudor, aut modus.
- DIOM. GL I 523. 8 sqq. tricesima prima ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur, ex quibus tres penthemimeres, quartus tripodia dactylica appellatur: (Hor. *carm.* I 33. 1)
Albi, ne dole,as, plus nimi,o memor.
- DIOM. GL I 524. 11 sqq. duodecima ode asclepiadeum metrum habet et per quattuor versus scanditur. nam tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice appellatur: (Hor. *carm.* II 12. 1)
nolis, longa fe,rae, bella Nu,mantiae.
- DIOM. GL I 525. 10 sqq. quinta ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice <insunt>: (Hor. *carm.* III 10. 1)
extre,mum Tana,in, si bibe,res Lyce.
- DIOM. GL I 525. 26 sqq. undecima ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice inest: (Hor. *carm.* III 16. 1)
inclu,sam Dana,en, turris a,henea.
- DIOM. GL I 527. 4 sqq. quinta ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice inest: (Hor. *carm.* IV 5. 1)
divis, orte bo,nis, optime, Romule.
- DIOM. GL I 527. 23 sqq. duodecima ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus, tribus penthemimeres, quarto tripodia dactylice scanditur: (Hor. *carm.* IV 12. 1)
iam ve,ris comi,tes, quae mare, temperant.
- ATIL. FORTVN. GL VI 300. 3 sqq. VI: (Hor. *carm.* I 6. 1 sqq.)
scriberis Vario fortis et hostium
victor, Maeonii carminis alite,
quam rem cumque ferox navibus aut equis
miles te duce gesserit.
- tres primi asclepiadei, ut: (Hor. *carm.* I 1. 1)
Maecenas atavis edite regibus.
- quartus glyconius ut: (Anacr. 3 [PMG 348]. 1 Page)
γουνούμαι σ' ἐλαφρῆβόλε.
- SERV. GL IV 469. 32 sqq. sexta ode dicolos est tetrastrofos. primi enim tres versus asclepiadei sunt, quorum iam meminimus, quartus glyconius; ususque



est (*scil.* Horatius) hac metri compositione novem tantum cantibus, quorum subnotavi principia: (*carm.* I 6. 1)

scriberis Vario fortis et hostium,

(*carm.* I 15. 1)

pastor cum traheret per freta navibus,

(*carm.* I 24. 1)

quis desiderio sit pudor aut modus,

*** (*carm.* II 12. 1)

nolis longa ferae bella Numantiae,

(*carm.* III 10. 1)

extremum Tanaim si biberis Lyce,

(*carm.* III 16. 1)

inclusam Danaen turris aenea,

(*carm.* IV 5. 1)

divis orte bonis optume Romyleae,

(*carm.* IV 12 1)

iam veris comites quae mare temperant.

ANON. GL VI 178. 4 sqq. libri I ode VI. haec ode composita est asclepiadeis tribus, quarto glyconio ... (Hor. *carm.* I 6. 1 sqq.)

scriberis Vario fortis et hostium

victor, Maeonii carminis alite,

quam rem cumque ferox navibus aut equis

miles te duce gesserit.

× × - ∪ ∪ - - ∪ ∪ - ∪ - ||

× × - ∪ ∪ - - ∪ ∪ - ∪ - ||

× × - ∪ ∪ - - ||

× × - ∪ ∪ - ∪ - |||

5. APTHON. GL VI 164. 28 sqq. quinta ode tria genera habet. nam priores duo versus asclepiadei sunt, tertius pherecratius, quartus glyconius sic: (Hor. *carm.* I 5. 1 sqq.)

quis multa gracilis te puer in rosa

perfusus liquidis urget odoribus

grato, Pyrra, sub antro?

cui flavam religas comam;

sed de prioribus duobus, qui sunt asclepiadei, et glyconio, qui quarto loco est, supra diximus.

DIOM. GL I 519. 34 sqq. quinta ode tetracolos horatianum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam ex duobus primis asclepiadeis et tertio pherecratio et quarto glyconio constat. asclepiadei scanduntur ut supra diximus (nam duo penthemimeres et duae dipodiae sunt dactylicae) sic, spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus: (Hor. *carm.* I 5. 1 sqq.)

quis mul,ta graci,lis, te puer, in rosa.

sic et secundus. pherecratium autem est trimetrum heroicum, spondeus, dactylus, spondeus:



grato Pyrra sub antro.

item glyconium ex spondeo et choriambo et iambo sic:

cui flavam religas comam.

DIOM. GL I 521. 22 sqq. quarta decima ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur, duo qui penthemimeres appellantur et duo qui tripodia dactylisce dicuntur sic, spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus: (Hor. *carm.* I 14. 1)

o na,vis refe,rent, in mare, te novi.

DIOM. GL I 522. 14 sqq. vicesima prima ode horatianum metrum habet et per quaternos versus scanditur, quorum duo constant ex asclepiadeis, tertius pherecratio, quartus glyconio. alii vero sic scandunt, duo penthemimeres et duo tripodia dactylisce: (Hor. *carm.* I 21.1)

Dia,nam tene,rae, dicite, virgines.

vicesima secunda ode idem metrum habet et simili modo dupliciter scanditur: (Hor. *carm.* I 23. 1)

vitat, inule,o, me simi,lis Chloe.

DIOM. GL I 525. 3 sqq. secunda ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam duo penthemimeres, duo tripodia dactylisce insunt: (Hor. *carm.* III 7. 1)

quid fles, Asteri,e, quem tibi, candida.

DIOM. GL I 525. 17 sqq. octava ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam duo penthemimeres, duo tripodia dactylisce insunt: (Hor. *carm.* III 13. 1)

o fons, Bandusi,ae, splendidi,or vitro.

ATIL. FORTVN. GL VI 299. 18 sqq. V: (Hor. *carm.* I 5. 1 sqq.)

quis multa gracilis te puer in rosa

perfusus liquidis urget odoribus

grato, Pyrra, sub antro?

cui flavam religas comam?

quinta ode habet duos primos asclepiadeos, tertium <pherecratium>, quartum anacreontium, qui et glyconius ... <pherecratius> priapei erit pars, praeposito tamen glyconio sic:

cui flavam religas comam grato Pyrra sub antro;

talis hic qualis ille: (Verg. *Aen.* III 77)

immotamque coli dedit et contemnere ventos.

item hos si iungas, idem fiet: (Anacr. 3 [PMG 348]. 1, 3 Page)

γουνούμαι σ' ἐλαφιβόλη δέσποιν' Ἄρτεμι θηρών.

utraque haec pars Anacreontis est.

SERV. GL IV 469. 25 sqq. quinta ode tricolos est tetrastrosfos. nam primi duo versus asclepiadei sunt, tertius vero trimeter est heroicus, quartus autem glyconius, cuius in tertia ode dedimus rationem; ususque est (*scil.* Horatius) hac metri compositione septem tantum cantibus, quorum primordia subnotavi: (*carm.* I 5. 1)

quis multa gracilis te puer in rosa,



(*carm.* I 14. 1)

o navis referent in mare te novi [fluctus],

(*carm.* I 21. 1)

Dianam tenerae dicite virgines,

(*carm.* I 23. 1)

vitat inuleo me similis Chloe,

(*carm.* III 7. 1)

quid fles Asteria quem tibi candidi,

(*carm.* III 13. 1)

o fons Bandusiae splendidior vitro,

(*carm.* IV 13. 1)

audivere Lyce di mea vota di.

AVG. *de mus.* IV 17. 35 quod vero ad metrorum copulationem attinet, satis est in praesentia videre, posse sibi diversa metra copulari, quae tamen plausu, id est levatione ac positione convenient. diversa sunt autem vel quantitate, ut cum maiora copulantur minoribus ... vel pedibus sicuti haec: (Hor. *carm.* I 5. 3 sq.)

grato, Pyrra, sub antro,

cui flavam religas comam,

cernis quippe horum duorum superius constare spondeo et choriambo, et longa ultima, quae ad sex tempora implenda spondeo debebatur: hoc autem posterius spondeo et choriambo, et duabus ultimis brevibus, quae item cum primo spondeo implent sex tempora. paria sunt ergo ista temporibus, sed in pedibus nonnihil diversitatis tenent.

ANON. GL VI 177. 22 sqq. libro I ode V: (Hor. *carm.* I 5. 1 sqq.)

quis multa gracilis te puer in rosa

perfusus liquidis unguet odoribus

grato, Pyrra, sub antro?

de praecedentibus duobus metris, quae sunt asclepiadea, superius diximus. nunc de pherecratio tractabimus, quod est 'grato Pyrra sub antro'. hoc metrum conficitur ex spondeo, dactylo et spondeo vel, ut quidam, e spondeo, choriambo et syllaba, quod idem dici potest glyconium catalecticum.

ANON. GL VI 306. 3 sqq. (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri.

glyconion octosyllabon et genere asclepiadeon est. huic enim si addideris dipodian choriambicam, facies asclepiadeon sic:

sic te diva potens <diva potens> Cypri.

dividitur autem spondeo, choriambo, pyrrichio vel iambo propter syllabae indifferentiam:

sic te diva potens Cypri.

x x - - - - - ||

x x - - - - - - - - - |||

6. APTHON. GL VI 163. 3 sqq. tertia ode lyricorum asmatum: (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri.



hoc metrum glyconium, quod et anacreontion dicitur, detracta syllaba pherecratium, adiecta novissima hendecasyllabon sapphicon erit. conectitur autem spondeo, choriambo et disyllabo, ut evenerit. est vero hexametri pars prior, cui si residuam clausulam adieceris, fiet versus hexameter ita:

sic te diva potens Cypri ferat aere toto.

et est nunc proodicon, id est antecantativum. nam quotiens maioribus metris minus aliquid subnectitur, epodos dicitur; quotiens vero comma vel colon integro metro praepositur, proodicon appellatur. etenim quem ad modum supra ostendimus epodo sententiam claudi, ita in his manifestum est suspensam teneri. nam nisi subsequens metrum adiungatur, sensus claudicabit. sequitur:

sic fratres Helenae, lucida sidera,

asclepiadeum metrum, de quo in prima ode satis dictum est. glyconio autem metro usus est (*scil.* Horatius) libro primo duodecies, secundo semel, tertio decies, quarto quinquies.

APTHON. GL VI 168. 4 sqq. tredecima ode libri primi: (Hor. *carm.* I 13. 1)
cum tu Lydia Telephi;

constat ex glyconio, quod et anacreontion dicitur, ut: (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te diva potens Cypri;

conficitur autem spondeo, choriambo et pariambo. huic pro epodo subiungitur asclepiadeum, de quo similiter in prima ode dictum est, sic: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus,

subsistens duodecasyllabo versu.

DIOM. GL I 519. 21 sqq. tertia ode dicolos horatianum metrum habet, cuius prior versus constat ex glyconio et recipit tres pedes, spondeum, choriambum, iambum: (Hor. *carm.* I 3. 1)

sic te, diva potens, Cypri.

alter vero asclepiadeum habet et penthemimeres appellatur, spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus sic:

sic fra,tres Hele,nae, lucida, sidera.

DIOM. GL I 521. 18 sqq. tertia decima ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur, <ex quibus unus tripodia dactylice>, alter penthemimeres appellatur; spondeus, dactylus, <dactylus>: (Hor. *carm.* I 13. 1)

cum tu, Lydia, Telephi.

DIOM. GL I 522. 7 sqq. nona decima ode horatianum metrum habet et constat ex glyconio et asclepiadeo ... alio autem genere scanditur per binos versus, quorum unus est tripodia dactylica, alter penthemimeres: (Hor. *carm.* I 19. 1)
mater, saeva Cu,pidinum.

DIOM. GL I 523. 15 sqq. tricesima tertia ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur, ex quibus unus tripodia dactylice, alter penthemimeres appellatur: (Hor. *carm.* I 36. 1)

et tu, re et fidi, bus iuvat.

DIOM. GL I 525. 7 sqq. tertia ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest: (Hor. *carm.* III 9. 1)



donec, gratus e,ram tibi.

DIOM. GL I 525. 23 sqq. decima ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest: (Hor. *carm.* III 15. 1)

uxor, pauperis, Ibyci.

DIOM. GL I 525. 34 sqq. quarta decima ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam prior tripodia dactylica, sequens penthemimeres inest: (Hor. *carm.* III 19. 1)

quantum, distet ab, Inacho.

DIOM. GL I 526. 11 sqq. nona decima ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest: (Hor. *carm.* III 24. 1)

inta,ctis opu,lentior.

vicesima ode hoc idem metrum habet et similiter scanditur: (Hor. *carm.* III 25. 1)
quo me, Bacche ra,pis tui.

DIOM. GL I 526. 22 sqq. vicesima tertia ode asclepiadeum metrum habet, quod ut supra diximus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest: (Hor. *carm.* III 28. 1)

festo, quid poti,us die.

DIOM. GL I 526. 32 sqq. prima ode asclepiadeum metrum habet et per binos <versus> scanditur. nam primus tripodia dactylice, sequens penthemimeres inest: (Hor. *carm.* IV 1. 1)

inter,missa Ve,nus diu.

DIOM. GL I 526. 37 sqq. tertia ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus tripodia et penthemimeres scanditur: (Hor. *carm.* IV 3. 1)

quem tu, Melpome,ne semel.

ATIL. FORTVN. GL VI 297. 24 sqq. III: (Hor. *carm.* I 3. 1 sq.)

sic te diva potens Cypri,

sic fratres Helenae lucida sidera.

tertia ode dicolos est, habet primum octosyllabum anacreontium, quem et glyconium vocant, habet originem ab heroo, constat ex spondeo et duobus dactylis. huic si iungas heptasyllabum pherecratium, qui constat ex spondeo et dactylo et spondeo, priapeum facies, qualis apud Homerum: (*Il.* IX 529)

Κουρήτες τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι

et: (Verg. *Aen.* III 77)

immotamque coli dedit et contemnere ventos.

anacreonteon est: (Anacr. 3 [PMG 348]. 1 Page)

γουνούμαι σ' ἐλαφιβόλε.

usi sunt hoc genere metri Alcaeus, Sappho, Alcman. secundus versus:

sic fratres Helenae lucida sidera

asclepiadeus, de quo iam dictum est.

SERV. GL IV 469. 11 sqq. tertia ode dicolos est distrofos; nam primus versus, cui glyconio vocabulum datur, constat spondio et duobus dactylis; secundus vero asclepiadeus ... ususque invenitur (*scil.* Horatius) hoc metri compositione



- duodecim tantum cantibus, ut subscripta monstrabunt: (Hor. *carm.* I 3. 1)
sic te diva potens Cypri,
(*carm.* I 13. 1)
cum tu Lydia Telephi,
(*carm.* I 19. 1)
mater saeva cupidinum,
(*carm.* I 36. 1)
et ture et fidibus iuvat,
(*carm.* III 9. 1)
donec gratus eram tibi,
(*carm.* III 15. 1)
uxor pauperis Ibyci,
(*carm.* III 19. 1)
quantum distet ab Inacho,
(*carm.* III 24. 1)
intactis opulentior,
(*carm.* III 25. 1)
quo me Bacche rapis tui,
(*carm.* III 28. 1)
festo quid potius die,
(*carm.* IV 1. 1)
intermissa Venus diu,
(*carm.* IV 3. 1)
quem tu Melpomene semel. [L.C.]